

1635 April 16., Zug

A

SCHREIBEN VON AMMANN¹ UND RAT VON STADT UND AMT ZUG [AN PAPST
URBAN VIII.]

*"Sanctissime ac beatissime in Deo Pater, Sacrae Romanae Ecclesiae totiusque Christianae communitatis supreme Antistes ac Princeps, clementissime Domine, Nos consul et senatus Catholici helvetiorum Cantonis Tugiani, pro supplicatione hac nostra denuò, ut ante hac saepius, Sanctitatis suae favorem benignitatem et clementiam, propitiare ut exaudiamur, Obtestamur. Accessit ad nos supplex dilectus concivis noster Joannes Jacobus S t o k e r, sacro subdiaconato ordine insignitus, pro intercessorijs ad S: Sanctitate Litteris nos interpellans, quatenus Apostolica de largitate, aetatis impedimento sublato, ad S Praespi-
teratus album possit obtingere, Quoniam igitur divini cultus et honoris Catho-
licae Religionis, nec non Paternae Charitatis ratio postulare videtur, ut hac in re minime negligentes Dominico grege consulendo, omni studio et amore huius-
modi negotium, prosequamur; Rei itaque necessitate miserabilibus hac aetate in Ecclesia, eventibus adolescentis conditione, alijsque circumstantijs con-
sideratis, peculiariter autem quod etiam num ad Ecclesiasticum beneficium [- d.h. als Kaplan an der Schwarzmurerpfründe in der Stadt Zug -]² sit assignatus, tergiversati noluimus quin potius ipsius desiderio acquiesceremus. Quo circa sanctitatis suae paternitatem, fiducialiter imploramus ac petimus, ut de plenitudine sedis Apostolicae dicto Joanni Jacobo S[tocker] sex saltem men-
ses ab aetatê sibi deficientes iuxta Tridentinum requisita, remittere digne-
tur. hac etenim benignitate iucundissime afficiemur: de qua tamen indubitata solidaque mente confidimus."*

1) Ammann war damals B e a t II. Zurlauben.

2) s. AH 72/175

Kopie, von der gleichen Hand wie AH 72/177 - AH 72, 405

[n. 1632]

GEDICHT: "AD UNISTAS"

Quod deus ex retro, retro sunt omnia versa.